

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pax d
cum fonte primo

Quisquis uel quod potest arguendo corrigit, uel quod non potest corrigere saluo pacis uinculo excludit, uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus.

Augustinus contra epistolam Parmeniani libro II.

quisquis ergo uel quod potest arguendo
corrigit uel quod corrigere non potest
saluo pacis uinculo excludit uel quod
saluo pacis uinculo excludere non potest
aequitate improbat, firmitate subporta,
hic est pacificus et ab isto maledicto quo scriptura dicit: uae his qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est nequam, qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, qui ponunt quod amarum est dulce et quod dulce est amarum omnino liber, prorsus securus, penitus alienus.

Augustinus Hipponensis, *Contra epistulam Parmeniani*, 2, 1, 3 (CSEL 51, M. Petschenig ed., p.46, ll.16-25).